Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



43

Aquarius tibias et suras respicit. Piscis respicit pedes et annexa. Cum igitur luna sit
omnium humidorum dominatio in humorum evacuatione videtur congruit lune dispositio
in etate et in signo malum non est valde secundum astrologie doctores membrum aliquod in-
stidere luna existente in signo quod preest membro instiso eo quod virtus lune membris
confundit humores in membris et disturbat spiritus ad quod sequitur debilitas et distensia et
difficultas consolidatur vulnus et hoc maxime fit si signum ipsum est in domo sua et
luna in aspectu malo propter quod secundum quosdam cum luna v. xxv. xx. xxv. ma-
la sit non est in ea minus. Infinitus enim hominum numerus propter malas qualitates ipsum
et lune moriuntur in instisione vene ut dicunt et flebotomia consistere debet humore
peccante et hunc evacuabit in quadra lune sicut proportionaliter in gratia in prima quadra
lune quia tunc movetur sanguis magis et salubriter in ea purgatur in secunda quadra colera
in tertia melancolia in quarta fleuma. Quatuor sunt etiam quadre diei naturalis in quarum
prima que est tres ultime noctis hore et tres prime diei magis videtur pro evacuatione sanguinis
eo quod in eis sanguis movetur et crescit. In secunda que est vi hore medie diei artificialis
magis convenit evacuare colera. In tertia que est tres ultime diei artificialis et tres prime
noctis convenit evacuare melancoliam. In quarta que est vi medie noctis convenit evacuare
fleuma. Prima quoque hora diei vocatur masculina secunda femina tertia iterum masculina quarta
femina et sic de inceptis. Est autem prima hora diei accidentalis quando iam corpus solis
sit oriente primo autem non quoque videtur farmacia cum luna soli coniungitur et flebotomia
in et os evacuandum non necessitate urgente eligat sicut diem et hominem maxime quando
quia sic melius fortunabitur opus eius ut autem sciatur in quo signo sit luna videatur
tabula signorum et etate lune precognita requiratur in etatibus secundum de signis gratis

De appoplexia et epilenia

Appoplexia est opilatio omnium ventriculorum cerebri cum privatione vel diminutione sensus
et motus. Epilenia est opilatio principalium ventriculorum cerebri cum diminutione sensus
et motus. Et epilensia ab epi quod est supra et lesis quod est lesio. In epilenia quasi
superiorum lesio dicitur autem a veteribus yeranoxon vel sacra passio eo quod sacras partes occu-
pat videlicet cerebrum quod est sedes anime. Dicitur etiam morbus puerilis sive infantilis eo quod
pueris seu infantibus sepius accidit. Fiunt autem huiusmodi passiones ex superfluis cibis et potibus
et venenoso cibo et potu et morsu canis rabidi et repletionis et ex
aere corrupto. Et principaliter tribus de causis ex calore defectu ex superfluorum humorum
habundantia ex angustia meatuum quod licet calor non sit defectus nec multa superfluitas
copia pauca tamen superfluitates angustos meatus fiunt opilare. Apoplexie
due sunt species aliquorum scilicet et minor aliquorum apoplexia est opilatio omnium ventriculorum
cerebri et ex toto cum privatione sensus et motus unde hac specie laborantes omni sensu
privantur et motu suffocantur et cito moriuntur et hec species est incurabilis unde ypocras
solvere apoplexiam fortem est impossibile delere vero non facile. Minor apoplexia
est opilatio omnium ventriculorum cerebri sed non ex toto unde laborantes in hori